

7

IACOBI SADOLETI  
EPISCOPI CARPENTOR A-  
etis, in Psalmum Nonagesimumter  
tium Interpretatio.



VLT A incumbunt, & grauidiora,  
in cervices nostras, qui ecclesiasticis administrationibus praesumus:  
præclara eadem, & uitæ beatæ efficientia, recte si geratur: si se-  
cūs, nihil esse illis potest pernicio-  
sius: neq; nobis tantum, sed cunctis  
populis, & nationibus, non solum fidei nostræ cōmissis,  
uerum etiam in nos undecūq; intuentibus. Sumus enim nos  
sacerdotes ad exemplum & normam uiuendi omnibus ho-  
minibus propositi, ut quales nos fuerimus, tales reliqui effi-  
cientur, moresq; suos de moribus nostris conformat, &  
alimitationem nostri instituantur. Quò autem quis hono-  
re & ordine est antecedentior, hoc magis in eam curā &  
& agitationem debet inuigilare, ut non suam solum præstet,  
sed alienam etiam exigat, quātum in eo quidem est, & mo-  
destiam, cōtinētiāq; uitæ, & erga Deum religionem, ac  
fidem. Hæc una ratio, uerusq; uiuendi modus, quādiu qui-  
dem ualuit ac seruatus est, tam diu fausti dies, fortunata tem-  
pora, felices rerum vniū euentus in Christiana Rep, si-  
mul floruere: duces tum erant ad bene beatēq; uiuen-  
dum sacerdotes. Iide quis in populo peccasset,  
tanquā peccatū ipsi in accipientes, multis ad DEV M  
precibus, lachrymisq; intercedebant. Extorquebant sape  
irato